

lelepipedium cuius basis quadratus ipsius  $a b$ , altitudo autem  
 $a c$ , ad solidum cuius basis quadratus ipsius  $b r$ , altitudo autem  
 $r h$ , rationem habet quã  $d f$ , ad  $f e$ . Atqui per propositionem se-  
cundã li, xii, ele, Circulus cuius diameter  $a b$ , ad circulum cuius  
diameter  $b r$ , rationem habet quã quadratus ipsius  $a b$ , ad ipsi-  
 $b r$ , quadratũ Ergo cylindrus cuius basis circulus super  $a b$ , dia-  
metro scriptus fastigiũ autem  $a c$ , ad cylindrũ cuius basis circulus  
super  $b r$ , dimetiente scriptus altitudo autẽ  $r h$ , rationẽ habet quã  
 $d f$ , ad  $f e$ . Et quia cylindrus habens basim circulũ cuius quẽ ex  
centro fuerit equalis ipsi  $a b$ , fastigiũ autem  $a c$ , quadruplus est  
cylindri cuius basis circulus super  $a b$ , dimetiente scriptus altitudo  
autem eidem  $a c$ , equalis. Similiter cylindrus habens basim  
circulũ cuius quẽ ex centro  $b r$ ; altitudo autẽ  $r h$ , quadruplus  
existit cylindri habentis basim circulũ super  $b r$ , diametro  
scriptũ fastigiũ autem eidem  $r h$ , equalẽ. Et quia cylindrus ha-  
bens basim circulum cuius quẽ ex centro equalis est, ipsi  $a b$ ,  
fastigiũ autem ipsi  $a c$ , equalẽ, triplus est conũ cuius eadem basim  
atq; idẽ fastigium. Similiter cylindrus cuius basis circulus  
habens eam quẽ ex centro equalẽ ipsi  $b r$ , altitudo autẽ ipsi  
 $r h$ , equalis triplus est conũ earundem basis & altitudinis per  
propo, x, li, xii, ele, Eu, Ex equali igitur seu per propositionem  
xxii, li, v, ele, Eu, Conus habens basim circulũ cuius quẽ ex cen-  
tro equalis extiterit ipsi  $a b$ , altitudo autem ipsi  $a c$ , equalis, ad  
cylindrũ cuius basis circulus super  $a b$ , dimetiente scriptus, alti-  
tudo vero ipsi  $a c$ , equalis rationẽ habet, quã conus habens basim  
circulũ cuius quẽ ex centro equalis existit ipsi  $b r$ , altitudi-  
nem vero ipsi  $r h$ , equalẽ, ad cylindrum cuius basis circulus  
super  $b r$ , diametro scriptus altitudo autẽ  $r h$ , vicissim igitur per  
propo, xvi, lib, v, ele, Conus habens basim circulũ cuius quẽ  
ex centro equalis fuerit ipsi  $a b$ , altitudinẽ vero equalẽ ipsi  
 $a c$ , ad conũ cuius basis eam quẽ ex centro equalẽ habet ipsi  
 $b r$ , altitudinẽ vero ipsi  $r h$ , equalẽ existit sicut cylindrus cuius  
basis circulus super  $a b$ , dimetiente scriptus altitudo autem  $a c$ ,  
ad cylindrũ cuius basis circulus super  $b r$ , diametro scriptus fa-  
stigiũ autẽ  $r h$ , id est velut fuerat ostensum sicut  $d f$ , ad  $f e$ . Per ea